

(196 R
Fork)

196^a II

De aquis que supra celos sunt.

Aque que super celos sunt laudent nomen domini. Aque multe sunt populi & multi unde per hanc aquam turba magna quam nemo dinumerare poterat que ex omnibus gentibus et tribubus | et populis et linguis ante thronum stabat potest accipi electorum omnium multitudo maxima ante principium mundi soli deo cognita et ab eterno in sedes superas quo ad eius pre-nunciam devota presentia enim dei omnia antecedit et quicquid temporaliter ei sine tempore presens est unde habes in Ecclesiastico Dominus deo antequam omnia crearentur sunt cognita Sic et post perfectum respicit omnia secundum Bedam per aque condensate sunt in modum cristalli clari et purissimi potest per hoc electorum omnium eterne claritatis gloria confirmatio designari. Quod autem sine solis beneficio in ea permanent puritate plane signat quod super electorum civitas non eget sole neque luna temporali ut luceant in ea nam claritas dei illuminabit eam et lucerna eius est ignis.

Explicit hoc totum infunde de milti potum.

Explicit magisterium Christi in septem artibus liberalibus collectum per Henricum magistrum studii Pragensis Amen anno 1203^o

Stanislaus de Wartha ^{magister} anno

[Signature]